

75  
V E R A  
N O M I N U M O M I N A ,

Q V Æ

Venerandi SENATUS Ecclesiastici,  
Electoralis SAXONICI,

P R Æ I L L U S T R I E T E X C E L L E N T I S S I M O  
P R Æ S I D I ,  
C Æ T E R I S Q V E

C O N S I L I A R I I S .  
T H E O L O G I S

R E V E R E N D I S S I M I S E M I N E N T I S S I M I S Q V E ,  
E T

J U R E C O N S U L T I S ,

*Magnificis ac Prænobilissimis, Mæcenatibus  
suis magnis,*

Loco strenæ supplex offert:

P E T R U S P A U L U S F E K N O ,

Nob. Hung. SS. Theol. Stud.


A. O. R. M D C X C I .

Ipsis Calendis Januarii.

---

T O R G Æ ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPII.






Quod felix,  
Faustumque sit  
Hoc  
Noviennii auspiciū,  
Vobis:  
Nomina quorum clara,  
Omina in se rara  
Continent sequentia.  
Felix fuit anni Præcedentis  
Cursus & auspiciū.  
Ut ut,  
Ensis Cruentus Martis  
Quietem dulcem artis  
Ubique turbaverat.  
Vos tamen,  
Rutato circulo inclusi  
Ensis duplicis tutela usi,  
Pæana cecinistis.  
Fiet ergo,  
Logica serie:  
Felix & sequentis anni,  
Cursus & auspiciū.

) 2

Si

Si enim  
Ex veritate antecedentis  
Seqvatur Veritas Conseqventis:  
Qvid ni?  
Ex felicitate felicitas.  
Accedit:  
Qvod duplex Ensis latera vestra cingat,  
Ne vos externa vis contingat;  
Bene habet,  
Nam:  
Ne Hercules adversus duos.  
Tandem:  
Deus Vobis Favet  
&  
Rutato circulo inclusi estis  
Nolite timere rabiem pestis,  
Nam:  
Rutam venena fugiunt.  
Ergo,  
Felix faustumqve fiet.  
Seqventis anni auspiciam,  
Vobis:  
Nomina qvorum clara,  
Omina in se rara,  
Continent seqventia.

JOAN-



JOANNES,

*Ἀνάγραμμα:*

O! I, ANNES,

*ἐξήγησις:*

**O** Princeps invicte! togâq; Sagoq; triumphans,  
Arma ferox cuius Luna recurva timet.  
I citus, ac animo lætanti collige laudes,  
Quas fama hocce die spargit in orbe Tibi.  
ANNES laudibus his, Victor palmâqve perennes!  
Fiet, nam scitô pectore cuncta geris.

GEORGIUS,

IO! GURGES.

**IO!** Princeps Heros, lætos nunc exfere vultus,  
Hinc Albis GURGES tristitia cuncta ferat!  
Hostes submergat, Patriæqve tuosqve feroces,  
Nec dubium, cunctos te Duce merget eos.

TERTIUS,

RE TITUS.

**R**E TITUS es, Princeps, olim qui dictus ab ore  
Aufonio, nostri deliciæ generis.  
Nam quoq; tu placidus, donis tua dextera inultos  
Afficit, & sine quæis vix perit ulla dies.

X 3

ELE.

ELECTOR,  
ET CLERO:

**D**efendens Patriæ fines victricibus armis,  
O Princeps atavis Regibus orte potens.  
Subvenis ET CLERO servat qui pura Lutheri,  
Fortiter & verbo dogmata falsa ferit.

SAXONIÆ,  
NOX ASIÆ:

**N**Oxia Romano Imperio, quâ Lilia marcent,  
Tu Princeps Lux es, Lux veneranda tuis.  
Imminet & Lunatæ, Te Duce, tristis & atrox  
Nox ASIÆ, hæc Duce Te reddita fusca modo.

Περισφώνησις:

**H**Eus properante gradu pergas hunc fama per  
orbem,  
Saxonis & reddas, Nomina nota tubis.  
Gentibus ac ejus dicte heroica facta,  
Saxonis ut Nomen Laudibus usque sonet.  
Vos verò, quosqvos rutatus circulus ambit,  
Atque duplex ensis Pacis in arce locat.  
Hocce die lætò, lætos ostendite vultus,  
In mare prociduum, pellite tristitias.  
Flate repente tubis, resonent pia Cantica, vestro  
Herooque Duci dicite: vive diu!

JOHAN

JOANNES GEORGIUS QVARTUS,  
ANNOSI ERIGO, QVARE? GUSTUS:

**S**AXONIS ANNOSI, nobis qvi Nomina clara  
Imposuit, qvartam qvi seriemqve dedit:  
ERIGO præclaras dulci, conanime laudes,  
Ut vireant, veluti laurus amœna viret.  
Forfan scire velis? QVARE conanime dulci,  
Laudes majorum ritè virere velim.  
Hic GUSTUS laudum dulcis, mihi pectora firmat,  
Ut satagam laudes qvære, Marte pares.

FRIDERICUS AUGUSTUS,  
I, DUC, FERRIS, USU TAGUS.

**I** Princeps, qvò te Virtus heroica ducit,  
Robusti capies Nomina, digna Duce,  
DUC virtute tuos, radiantis lampadis, instar,  
Ut facis: & tandem, tempore magnus eris.  
Laudibus en magnis, nostro jam FERRIS ab ore;  
Vive, velut vivis: tempore magnus eris.  
Deliciæ nostræ tu, tu TAGUS aurifer USU:  
Est aurum Virtus nam tua. tu fluvius.

Προσφώνησις:

**T**U, qvi conditâ cuncta regis, moderamine justo,  
Et qvi nostra potes reddere vota rata:  
Saxonica Rutæ serves hæc Germina bina:  
Saxonici populi Germina grata choro.

Saxo-

Saxoniae fines fugient sic dira venena:  
Dira venena sacris, dira venena foro.  
Et quid opus multis? bini sic Germinis hujus,  
Nominis evadent omina: vera, rata.

JOANNES ERNESTUS CNOCHIUS,  
J, ANNO HÔC ES CRETUS, EN SINUS:

**I** Præses lætus, quò te tua functio ducit,  
Nam tua cœpta, tibi prospera cuncta cadent.  
ANNO felici, felicia stamina vitæ,  
Qvo Lachesis nevit, summe Patrone tibi:  
HÔC ES, majorum laudatò sanguine, CRETUS:  
Ergo cœpta tibi prospera cuncta cadent.  
EN SINUS Ensiferi te jam fovet: ergo sorores  
Ternæ neverunt, stamina fausta tibi.

JACOBUS SPENERUS,  
O CABUS! I, EN SPE, RUS:

**O** CABUS! æterni, quod nosti spargere, verbi:  
I, verbi & dicti, semina sancta fere.  
EN, tibi Saxonicum fidus, sua pectora pandit,  
Quæqve seris, verbi semina sancta; cupit.  
SPE firmâ nitor, fiet labor hic tibi dulcis:  
Nam gratam segetem RUS dabit hocce Deo.  
Hoc bene sic cultum, Divini dogmate verbi:  
Cives & Patriam, ritè beare solet.

SAMU-

SAMUEL BENEDICTUS CARPTSOVIUS,\*  
MAS LUE, DUC, TENEBIS, SPUTA CORVIS:

**Q**uod si verba Viri. cuius jam Nomine ludo,  
Pectore non prendis: foemina MASq; LUE.  
DUC tu, Mæcenas, Divini lumine verbi  
Hos, sæpe & si sint, irrita verba tua,  
Hi capient poenam, tu magna brabea TENEBIS:  
Illis si fient, irrita verba tua.  
Voce sonante regis Dresdam, ne dogmate falso  
Corruat, & gremium desinat esse tuis.  
Proponis castis, tu mellea verba, columbis:  
Fulminis, ast CORVIS, mittere SPUTA soles.

JOHANNES GEORGIUS BERNERUS,

NEGAS HONORES, I, GRUIS, NE URBE.

**R**itè NEGAS, Mæcenas, tu vehementer HONORES  
Indignis, Credo: te Themis ista docet.  
I, quò te ducit Themis alma, per aspera quamvis:  
Crebrò dum somnum, denegat ipsa tibi.  
Ut vigiles dulci Patriæ, vigilis GRUIS instar:  
Forfitan eveniat NE quid in URBE mali.  
Quam bene sic vigilas, dum forte negas tua vota  
Indignis: dignos namque juvare cupis.

) )

AN.

\* Z resolutio.



ANDREAS BEIERUS.

AN RE DAS, ERUE BIS.

**N**E divina cohors capiat prægrandia damna,  
Et ductu pereat, forsitan illa malò!

AN RE DAS dignis, tua vota, piisque, Patrone:

ERUE BIS, doctò pectore vota tuò.

Sic externa minus species rapiet tua vota,

Quæ nostros oculos fallere sæpe solet.

THEODORUS VERNERUS,

ODORE THUS, RE VERNUS:

**E**S THUS tu laudum, tu gratus laudis ODORE,  
Cunctis, per calamos ars tua nota quibus.

Emittunt suavem de se, prope semper odorem,

Quæ verna, ac oculis grata nitore suo.

Non mirum, dignæ laudis quod suavia spiras:

RE VERNUS cum sis; nomen id ecce notat.

CHRISTIANUS COTTIUS,

CHARUS, CITUS IN TOTIS:

**T**u CHARUS Synodi Patribus, mihi ritè colendis,  
Et Mystis, quosqvos Saxonis ora tenet.

Quæris, cur Synodi Patribus? mihi ritè colendis,


Singula cum scitus, tum CITUS arte notas.

Qua-

Qværis, cur Myſtis? his das facilem qvia temet,  
IN TOTIS actis, vir redamande, tuis.  
Uſqve virum talem, Synodus veneranda requirit:  
Semper ei talem det Deus, ergo precor.


Προφώνησις:

**H**Os lufus, qvos Muſa' carens auro mea defert,  
Sufcipias Synodi Tu veneranda, cohors.  
Sufcipias lætis oculis, & mente favente:  
Sic Muſæ tenui gaudia mille dabis.  
Non fert hæc aurum, non carmina docta Patronis  
Auro namqve caret, ſcribere docta neqvit.  
Hos faciles ergo lufus tantummodo tentat,  
Et memor exoptat muneris eſſe ſui.  
Heu mihi! nam nec eos, proprio de fonte retraxit;  
Monſtrarunt ſed, eos, nomina clara, reor,  
Ergo, minus' qværit famam modo luſibus iſtis:  
Sed Mæcenatum carmine qværit opem.  
His ſimul exoptat, longævæ tempora vitæ;  
Vitæ, qvam ſigno nulla pericla notent.









99 A 6971

ULB Halle 3  
002 912 201




Sb.

VJ 12  
Retro







VERA  
NOMINUM OMINA,

QVÆ

Venerandi SENATUS Ecclesiastici,  
Electoralis SAXONICI,

PRÆILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO  
PRÆSIDI,  
CÆTERISQVE

CONSILIARIIS.  
THEOLOGIS

REVERENDISSIMIS EMINENTISSIMISQVE,  
ET

JURECONSULTIS,

*Magnificis ac Prænobilissimis, Mæcenatibus  
suis magnis,*

Loco strenæ supplex offert:

PETRUS PAULUS FEKNO,

Nob. Hung. SS. Theol. Stud.

A. O. R. MDCXCI.

Ipsis Calendis Januarii.

TORGÆ,

Typis JOHANN. ZACH. HEMPII.